



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Institutiones Canonicae**

**Schnorrenberg, Anno**

**Coloniae, 1740**

LXXXI. In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset  
verisimiliter in specie concessurus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62040](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62040)

## REGULA LXXXI.

*In Generali Concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus.*

**Q**uæres primo. Quis hujus Regulæ sensus ?

1. Quando in humana dispositione quidquam termino vel vocabulo Generali conceditur, non intelliguntur illa concessa, quæ verisimile non est in specie ac expressè fuisse concedenda. Ratio est: quia Generales concessiones fiunt plerumque præviâ solùm confusâ specialium cogitatione, quæ ordinariè & faciliter concedi solent, nullâ ponderatione eorum, quæ si de iis cogitaretur, verisimiliter excipienda, & non concedenda fuissent, unde ad talia, utpote non satis cognita, intentionem & voluntatem concedentis extensam fuisse non præsumitur.

Quæres secundo. Quæ Regulæ exempla ?

1. Sunt sequentia: 1. *imm* qui ab Ordinario sibi quemcunque eligendi Confessarium impetravit facultatem, ab electo à reservatis absolvi nequit. *Cap. si Episcopus. 2. de pœnit. & remiss. in 6.*

2. *2dum.* Officialis vel Vicarius Generalis Episcopi beneficia ecclesiastica ad Episcopi Collationem pertinentia conferre non potest, nisi Beneficiorum collatio ipsi specialiter sit commissa. *Cap. fin. de offic. Vicar. in 6.*

3. *3ium.* In commissione generali, quam Legatus Apostolicus habet, non continentur causæ fidei. *Can. frater. 52. caus. 16. q. 1. nec translationes Episcoporum, nec uniones vel divisiones Episcopatum.* *Cap. quod translationem. 4. de offic. Legat. cap. deliberatione. 4. eod. in 6.*

4. *4um.* Qui ex Generali mandato bona alterius administrat, ex bonis administratis liberales donationes facere non potest. *cit. Cap. fin. de offic. Vicar. in 6. L. filiusfamilus. 7. ff. de donat.*

5. *5um.* In Generali pignoris obligatione non venit uxor, alumnus. Quos neminem credibile est pignori specialiter daturum fuisse in generali pacti conventionem. *L. 1. C. quæ res pignor. &c.*

